

23

S. P.

Multa tibi debeo, vir Magne, Amicorum optimè merite, tam meo quam fratris nomine. Depraedicavit ille in suis è Genevâ, miram et impersolubilem benevolentiam tuam, quâ non liberaliter tantùm ad coenam vocare dignatus es; sed quam ¹ omnibus lautiis praeferrrem, humanissima conversatione beasti. Rependat tibi DEUS omne bonum abundanter, et servet te nobis quam diutissimè. Porrò non desiisti etiam erga me munificus esse. Accepi enim ultimas tuas ad Caesarem Suetonii, donum certè auro mihi contra carum: pro quo remitto priores pagellas nugarum mearum, quas vester Dn. D. Habrechtus mihi excussit. Suppeditavit is mihi observationum supplementa, quibus ipsem dextrè uti nesciverat; et ego in immaturo priori schediasmate destitutus, insigniter errabam: nunc verò iisdem adiutus, cum Antagonistae, meum quoque lapsum detegere non erubesco. Nec impedio, quo minus ipsi, cui familiariter notus esse videris, communices. Nam reliqua ante nundinas vix absolven'tur, adeò aliis nunc obruti sunt Typographi, quamvis quotidiè urgeam. Excudunt enim mihi quoque nunc, quae in Bechinath Happeruschim desiderabantur. Lansius noster viduitatem suam, ductâ virgine honestissima, nuper finivit, ut ex adjuncto Emblemate cernis. Perierunt mihi nudius tertius in repantino incendio hîc oborto, aliquot aeneae tabellae, meâ manu recenter sculptae, quas impressori credideram, quarum jacturam aegrè fero. Vale Vir clarissime. Tubing. prid. Bissexti, quo nos in hoc Ducatu Matthiae memoriam recolimus, contra Calendariographorum placita: Nescio an et apud vos? Anni 1624.

50. SCHICKARD AN JOHANNES KEPLER IN LINZ

Tübingen, 25.2.1624 (Mittwoch)

Handschriften: P 11,229 (Text); P 20,117^r (Skizze): Ausfertigung. – *Drucke:* KE 683–685 (Nr. CCCCLXIV); KOO 7,300; KOO 8,887; KOO 7,142 (Auszüge); KGW 18, 169–171 (Nr. 975)

25

Bl. 117^r und das obere Drittel der Rückseite enthält von Schreiberhand, aber von Kepler stark überarbeitet »Praecepta de Tabulis aequationum«; Schickards aufgeklebte Skizze der Rechenmaschine bedeckt etwas mehr als das mittlere Drittel der Seite. Das untere Drittel ist leer.

Stellung von β Ceti. – Streit mit Habrecht über das Meteor. – Beschreibung der Rechenmaschine; das für Kepler bestimmte Exemplar ist samt einigen Kupfertafeln verbrannt. – Lansius hat wieder geheiratet. – Dank für Keplers Kalender 1624 und sein »Glaubensbekandtnus«. – Rauschers Bruder. – Falco.

30

229

Salutem et officia

Clarissime Keplere, Domine et Fautor plurimum honorande. Id ante omnia enixè rogo, ne aegrè feras, quod ad tuas prolixas, ad quas ordine respondere decreveram, nunc in hoc extremo agone, ubi me infinita ferè alia circumstant, tām jejunè respondeo. Lucidam caudae diu non observavij; sed accipis rude apographum illius delineationis, quam ante aliquot annos Nirtingae confeceram, exinde vides, quod assertionis meae accuratius fundamentum aliud nullum habuerim, quam crassam

35

40

Kommentar: 7 f. Lit.vz. 528. 16 f. Lansius hatte am 24. Januar Anna Maria, die Tochter des Tübinger Kaufmanns Rudolf Caspar, geheiratet. Schickards »Emblema«, wohl eine Gratulationschrift (Lit.vz. 127), war nicht zu ermitteln.